deus meus eſt peregrinus ne deleas eum obſecro de libro vite Cui dñs. Deus inquit nõ peregrinus ſed celeſtis ciuitatis ciuis eſſe debuit: nonne maius eſt eſſe ciuem meũ q̃s eſſe peregrinũ tuum. Cui iterũ ſanctus Jacobus ait. Pijſſime dñe fac ne deleatur et ego fideiubeo q ſuũ ſanctum ꝓpoſitum exequatur. Dñs ait. et quando ſanctus iacobus pro ſuo peregrino reſpõdebit. Jacobus reſpondit. Infra ſpatiũ quindecim dieruꝫ. Et ex poſt iohannes p̃ſpiter mox euigilauit et in terra proſtratus ſancto iacobo pro fideiuſſione grãs agit cuꝫ lachrimis dicens Beate iacobe prorſus fatiam qđ pro me ſpoſpondiſti: poſt fletum igitur magnũ iterũ obdormiuit et criſtum et p̃fatos apoſtolos iterum vidit. ac petrũ ad criſti iuſſum ita de libro legẽte audiuit. Murenulas aureas fatiemus tibi vermiculatas argẽto. Qui iterũ euigilans infra dies prefatos mox monaſteriuꝫ Boneuallis intrauit et ibi tam ſancte vixit vt abbate mortuo ab omnibus fratribus eligiť. et ex poſt valentine eccleſie antiſtes preficiť vbi multis magniſq; miraculis in vita pariter ⁊ in morte coruſcauit. Et nunc mi frater hunc plebanũ conſidera. quomodo eum deus gratia ſua perfudit meliflua; et ſequere eius veſtigia et fortaſſis eandem gratiam quam et iſte inuenies apud dominũ: cum non ſit acceptio perſonarũ apud deum.

Plebanus concubinarius noluit fieri religioſus. ¶ Capitulum. xvij.

Germane et frater mi preamande multa mihi bona et ſubtilia ſcribis de ingreſſu religionis; ſed ſicut tibi prius ſcripſi ſic adhuc ſignifico tibi. q2 ad religiõis ingreſſum non ſum adhuc diſpoſitus nec inclinatus. Nam ſicut tibi conſtat tres ſunt ſtatus ſaluandorũ videlicet incipientiũ: proficientiũ ⁊ ꝑfectorum. Modo ego nõ ſum adhuc in primo ſtatu ſcꝫ incipientiũ: ſed heu in ſtatu peccatorũ et per ꝯſequẽs damnatorũ: qua in re intendo primo incipere et meã ſcꝫ ꝯcubinaꝫ cum ſuis genitiuis a me reicere vt et ipſa in certo loco peniteat ex parte vna; et ego in parte altera cũ ouibus meis intendo manere quibus exemplũ malum longo prebui tpe. Incipiã igitur coram eis penitere et ab iſta ꝯcubina et omnibus alijs mulieribus ac ceteris vitijs inquantũ mihi deus gratiam dederit

et fragilitas humana permittit abſtinere:et ſanctam vitam in
omni caſtitate et ceterꝫ bonis operibus ducere:et ſic cupio me
ad primũ ſtatum ſaluandorũ videlicet incipientiũ ponere. Et
ſic proficiendo de die in diem vſqꝫ ad ſtatum ꝑfectorũ aſcende
re. nam criſtus in euãgelio dixit. Uade ⁊ vende oĩa que habes
et ſequere me videlicet ad ſancte religionis ingreſſum et hoc ſi
vis eſſe perfectus. Modo nõ ſolum ad regnũ celorum veniunt
perfecti ſed etiã de ſtatu incipientium et ꝓficientium heredes
celi ſunt regni. Non eñ criſtus dixit. Si vis vitam ingredi in
tra religionẽ et ſanctam obſeruantiã. Sed dixit. Si vis vitã
ingredi ſerua mandata: que ego intendo ſeruare etiã in ſeculo
et populo meo fructuoſo preeſſe dei verbo et bono exemplo. ⁊
me in timore ⁊ omni cuſtodia mandatorũ dei conſeruare: doce
mi frater in quibꝰ opibus poſſim deo in tali ſtatu ſumme pla
cere et multũ mereri. ⁊ ego doctrinã tuã ſeqr cũ adiutorio dei.

Reſponſio fratris ad fratrez

Mi frater multũ ꝑamande: placꝫ mihi reſponſio tua
qua ꝓpter fatiam ꝯſequenter quid a me in caritate de
ſideras: et demõſtrabo tibi opus ſanctũ valde luciferũ
et pre cunctis alijs operibus magis meritoriũ. Et eſt domice
paſſionis mẽoria. qꝛ eſt opus ſalubre cuilibet deuoto homini.
et maxime ſacerdoti paſſionẽ criſti per ſuas ꝑtes quotidie me
ditari: et ꝑcipue illa die qñ celebraturus eſt miſſam. vt patet ex
iuſſu domini dicẽtis. Hec quotienſcũqꝫ feceritis in mei memo
riã fatietis: vt videlicet per oĩa xp̄m ea intentione offerant in
altari ſicut ipẽ ſe in cruce holocauſtũ ſacratiſſimũ ac gratiſſimũ
imolauit deo patri. qꝛ dt beatus Augu. Quid ſalubrius: quid
honeſtius: ꝗd dulcius: quid adhuc iuſtius. ꝙ omni hora eius
paſſionẽ memini ſſe: qui nulla noſtri obliuiſcit hora: ⁊ ſine quo
hora nulla poſſumꝰ viuere. Idẽ ait. Quacũqꝫ die paſſionẽ do
mini recolo ſaluus ero: hoc ſic intellige. Quocũqꝫ die habuerꝫ
memoriã paſſionis criſti per oĩa tibi bene ſuccedit: ſiue in mor
te ſiue in vita: ſiue in alijs arduis et magnis cauſis: in iuditio
ſiue extra iuditiũ: in omni loco: in omni tꝑe: coraꝫ quibuſcũqꝫ
iudicibꝰ aut dominis. hꝛ ille tibi ſꝑ erit in ore: cuiꝰ illo die paſ
ſionis et mortꝫ memoriã habuiſti in corde: qua ꝓpter ſtudeas

omni die tibi facere dictam vnã in criſti paſſione mẽtaliter eaꝫ diſcurrendo: et vbi vno die dimiſerꝫ: ibi ſequẽti die reincipias incipiẽdo in feſto anuntiationis qñ primo de celo deſcẽdit in vterũ marie virginis in quo ad nouẽ fuit menſes incluſus: De inde de eius natiuitate: circũciſione: apparitiõe tribus magis oblatiõe in templũ: fuga in egiptũ: et eius reuerſione in naza- reth: et ſic ꝯſequẽter. Si vero ſenſeris te durũ et frigidũ ac in diſpoſitũ: tunc cogita quantã ſuſtineres penã ſi excoriareris ſi cut beatus bartolomeus: aut aſſereris ſicut ſanctus laurenti⁹ O quãtas penas ſuſtineres hec patiendo. Exemplũ cogita ꝙ dominus noſter hieſus criſtus pro te viliſſimo peccatore mul tas grauiores penas ſuſtinuit in cruce ꝙ̃ tu in his p̃dictis pe- nis omnibus ſuſtineres. et ſic te incita ad cõpatiendũ deo tuo Et ſi tibi hoc nõ valet ad excitandũ in te veram deuotionem. et lachrimoſam compaſſionẽ: tunc facias tibi flagellum vnum multum afflictiuũ et in abſcondito te flagella nõ parcens cor- pori tuo donec bene ꝑfuſum fuit dolore: et cum tales ſenſeris dolores in corpore tuo tunc ad criſtũ deum tuum poſſis diri gere cogitatũ et meditare ꝙ dominus deus tuus pro te viliſſi mo ſtercore in ſuo corꝑe ſine eſtimatiõe multũ intenſiores do lores ſuſtinuit. Et nõ dubites quin iſtud multũ tibi valeat ad te compatiendũ dño deo tuo. qꝛ per paſſionẽ diſcit homo cõ- pati patienti: Si vero adhuc nõ ſentis in te deuotionem et la chrimoſam compaſſionẽ: tunc incipe cor tuũ increpare et dic cum ſancto bernhardo. O glacies ⁊ nõ cor. O cor durius ada mante. O cor lapideũ et non cor carneuꝫ: cur non accenderis pre amore. Ymmo ad magnã verecundiam dico. O cor infeli- ciſſimũ cur te ſic diligentem videlicet vſqꝫ ad crudeliſſimã mor tem nõ rediligis. Quid eñ amplius pro te facere debuit ⁊ nõ fecit. O duri et indurati filij eue: quos non emollit tanta cari- tas vt compati poſſitis deo veſtro: qui pro vobis in cruce tur piſſima ac acerbiſſima morte mortuus eſt: cum tñ ſibi cõpatie bant creature pro quib⁹ paſſus nõ eſt: vt ſtꝫ oẽs angelorũ cho ri et omnes planete, ſol: luna: celũ ⁊ terra. duriſſime petre: veluꝫ templi ac lapides duriſſimi: Nõ p̃t hoc emollire peccatorũ pe ctora ꝑ quibus ſolummõ paſſus eſt: et nõ ꝑ creaturꝫ alijs. O peſſimũ peccatũ ſuꝑ oĩa pctã ingratitudo. O mi deus aufer

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a me tale cor ingratū et lapideū et da mihi cor carneū et com
paſſiuū: cum tñ tua vulnera vicerunt potentiam dyaboli: con
fregerūt portas inferi et aperierūt ianuas celeſtis regni: et nō
poſſunt emollire cor meum peſſimū et induratū vulnerib⁹ tuis
grauiſſimis ad compatiendū. Si vero hec oīa tibi non prode
rint tunc cogita ꝙ ꝓpter peccata tua tam nobiliſſimo beneficō
non es dignus: et de cetero reputa te in corde tuo non hoīem
ſed beſtiam. ſi forte ex tali humilitate te reſpiciat qui humilita
tem ancille ſue videlicet glorioſe virginis marie reſpexit. et da
bit etiā tibi cor nouū: contritum: compatiēs et plorans in paſ
ſione eius ſcḋm omne deſideriū tuum. Si vero oīa iſta te nō
adiuuent ita ꝙ adhuc nō poſſis lacrimoſis oculis deo tuo cō
pati in ſue crudeliſſime mortis mēoria: adhuc tñ a paſſiōis dei
tui memoria ceſſare nō debes. ſed in duritia cordis tui frequen
ter eam habeas ſcḋm mēorie paſſionis criſti diuiſiones ac die
tas. et hoc ꝓpter magnū meritum et qui inde ſequit᷑ fructū. Nō
enī eſt opus ſuper terram in quo plus merea᷑ homo ꝙ̄ in me
moria paſſionis criſti et redēptoris noſtri. Et hoc tibi ex dictꝫ
doctorꝫ ꝓbabo. Nam Albertus magnus ſic dicit. Simplex
memoria paſſionis criſti plus valet tibi ꝙ̄ ieiuniꝫ in pane et
aqua. Scḋo plus valet ꝙ̄ ſi quottidie te vſqꝫ ad ſanguinis ef
fuſionē flagellares. Tertio tibi plus valet ꝙ̄ ſi linguis hoīm
loqueris et angelorū. ſiue in conſilijs ſiue in ambone: ⁊ ſi cun
ctorum hominū preditus eſſes: ſi omniū virginū puritate cla
reſceres: ſi confeſſorū atqꝫ doctorum ꝑcurſor martirūqꝫ vexil
lifer exiſteres: ſicqꝫ omniū creaturarū virtutem haberes: adhuc
valet tibi plus criſti paſſionis mēoria ꝙ̄ hec oīa. Quarto ſi
maria virgo glorioſa regina celi et mater dei: et oēs angeli et
archangeli: patriarche et ꝓphete: apoſtoli et martires: cōfeſſo
res et virgines: et oēs ſancti in celo exiſtentes orarent ꝑ te co
ram ſummo deo: adhuc ſimplex mēoria paſſionis xp̄i plus im
petrat tibi ꝙ̄ hec oīa: ⁊ per alia quaſi infinita iam enumerata
Sed poſſis hic ammirari valde cur hoc eſſet. Rñdetur q᷑ per
predicta oīa et per alia quaſi infinita bona opa non ſumus li
berati a poteſtate dyabolica et morte ꝑpetua. ſed ſolūmodo paſ
ſio et mors criſti celū aperuit nobis: ⁊ nos heredes fecit regni
celeſtꝫ. Et probat᷑ tibi ſic. Naꝫ quantūcūqꝫ ioannes baptiſta

ſanctus fuerit quem criſtus met ſuper omnes ſanctos cōmendauit.d. Inter natos mulierū non ſurrexit maior.i.ſanctior iohanne baptiſta. Que verba non Aug. vel Hiero. vel alius ſimplex homo qui falli poſſet/dixit. ſed deus et homo iheſus criſtus qui falli nō poteſt et qui omniū hominū ſecreta et eorum ſanctitates clariſſime cognoſcit. Hic magnus ſanctus ante criſti paſſionē cum omni ſanctitate ſua non potuit eius anima celos aſcendere: ſed oportebat eam ad inferos ad limbum videlicet ſanctorū patrum deſcendere ꝛ ibi cum animabus omniuꝫ aliorum electorū moram trahere quouſq; criſtus patereť: qui primo in die aſcenſionis aſcendit. Et cū ſancta anima iohannis baptiſte ꝛ omniū aliorū ſanctorum anime que a mundi initio in ſinum abrahe ſunt cōgregate. Item ꝓbatur tibi ex dictꝫ aliorū doctorū qui ſatis ſtricte loquunť de criſti paſſione ꝛ de eius fructuoſa vtilitate. Nam Aug. ait. Scio ꝙ eum quē xp̄i paſſio nō concutit nulla virtus nullumq; meritū ſaluabit. Itē beatus Bern. ſic ait. Indignus eſt criſti paſſione qui nō criſto patienti totis viribus ſtuduerit condolere. Idem etiaꝫ ait. In veritate didici nihil ſub ſole eſſe tam vtile ad delendū peccata. et ad impetrandū gratiam q̄ȝ criſti paſſionē die ac nocte habere in mente. Multas cōſimiles auctoritates inuenies in dictꝫ ſanctorū doctorū que tibi clariſſime probant ꝙ nullum bonū opus ſub celo tam fructuoſum et meritoriū eſt: ſicut xp̄i paſſionis mēoria deuota. O vtinā vnuſquiſq; in hoc libro vnā memoriam dn̄ice paſſionis legeret anteq̄ȝ ad miſſam accederet. eſſet tn̄ tollerabile quid: cum tn̄ reperianť ſcripte plures pulcherrime meditatiōes in quibus contineť magna pars dn̄ice paſſionis: ymmo qn̄q; paſſio ſub breuiſſimis verbis. Sed cū dolore dico ꝙ vnus facilius decez aut viginti celebrat miſſas q̄ȝ ꝙ ſolum ſemel paſſionē ac mortem criſti contempleť: etiam inter religioſos qui ſm̄ ſui ordinis ꝯſuetudinem ſtrictā ꝛ artam ducunt vitam. Et que eſt illius cauſa nō niſi illa quam phs. viij. phiſicorū aſſignat. d. Natura humana abhorret illud qđ triſte eſt. Galienus ait. Animus gaudēs etatem floridam facit. ſpūs triſtis exiceat oſſa. Sed in contrariū deberent tales id quod euangelica veritas dr̄ aduertere. Regnū celorum vim patitur et violenti rapiūt illud. Deinde ſaluator ait. Si quis vult ve

nire poſt me abneget ſemetipm̄ et tollat crucem ſuam et ſequat᷑
me. Arta eſt em̄ via que ducit ad patriā et pauci ambulāt per
eam qꝛ fugiunt illud qđ triſte eſt. Sed tn̄ beati qui hic lugent
et triſtantur qm̄ ipſi in eternū et in ſeculum ſeculi ꝯſolabūtur.
Dic ergo in deuotiōe cordis tui. Dn̄e hieſu criſte tu dixiſti apo
ſtolis tuis et conſequēter nobis omnibus. Sine me nihil po
teſtis facere: rogo te mi deus vt cor meū caritate tua vulneres
et in me ignem tui amoris ⁊ cōpaſſionis accendas. Et ſi poſt
oīa hec adhuc non inuenis quam deſideras gratiā: non tamen
ꝓpter hoc a tam ſaluberrima meditatiōe deſiſtas etiā in ſiccita
te cordis tui. qꝛ ipſe dominus deus tuus ſcit ꝑfecte quid tibi ex
pediat: ſed ꝑſeuera: ora et vigila donec gratie ianua tibi aperie
tur. et diligēter conſidera ꝙ non totus annus floridat ameni
tate vernali: nec abundat copia autumnali: ſed qn̄qꝫ rigat fri
gore hyemali. Sic ſimili mō non ſemper rorat gratia: ſed ali
quando tribulatio et gratie penuria. Et hoc ideo deus ꝑmit
tit. vt gratia ac deuotio ſubtracta auidius requirat᷑ et gratan
tius ac cautius cū redierit cuſtodiat᷑. Contigit qn̄qꝫ ꝙ homo
grām dei habet et ꝙ ſecum ſit deus: et ꝙ per ipm̄ tanqꝫ per in
ſtrumentū operent᷑ multa bona et ſancta opa: et homo ꝓ his
omnibus nō dat gloriam deo et putat ꝙ hec oīa a ſeipſo ope
retur ⁊ nō deus per eum. qua in re ſe deus ab hoīe tali ſubtra
hit. et tunc mox ſe homo ad omē opus bonū et ad oēm ꝯtem
platiōnē: frigidum: tardum et inuoluntariū inuenit. Et ex hoc
incipit homo ſeipm̄ cognoſcere et ſcire ꝙ verū eſt ꝙ dn̄s diſci
pulis ſuis dixit. Sine me nihil poteſtis facere ſcꝫ bonū. Et ꝙ
beatus paulus ſimiliter verum dixit. Ego omīa poſſum in eo
qui me confortat. i. in deo. qui et ꝯfortauit omēs martires vtri
uſqꝫ ſexus ſimiliter et oēs electos. Dic ergo in deuotione cor
dis cum p̄s. Unam pecij a dn̄o. videlicet petitionē. et hanc re
quiram. i. deſidero ſup omnes petitōes vt ſcꝫ. vt habitem in do
mo domini. i. in ſua ſancta gratia omnibus diebus vite mee ⁊
poſt hanc vitā in gloria cū omnibus ſanctis et electis per ihm̄
criſtum dominū noſtrū. De his omnibus iam ſupra dictis ſe
quitur exemplū. ¶ Erat em̄ quidam valde deuotus frater ſecu
laris ac laycus in vna ſilua in quadā cella ſolitarius: qui ſedu
le et cum magna deuotione deum rogabat vt ſibi in quo ope

magis pre omnibus aliis bonis opibus haberet cõplacentiaꝫ
oſtenderet:et in quo homo magis mereretur. Et dum ſuã ſic
longo tpe continuaret petitionẽ cum magno deſiderio:tandeꝫ
cum deus exaudiuit tali modo. Nam cũ ſemel ſolus in ſua cel
la deum exoraret et in dicta ſua petitione ſtaret : quidam ad
ianuam celle ſue pulſauit et ipſe exiens ianuam aperuit et ante
ianuam criſtum crucem magnã in humeris portantem vidit.
Mox iſte frater ad pedes eius cecidit et ipm quid hoc ſignifi
caret rogauit. Qui ait ad fratrem. Multum tpe rogaſti me vt
ſignificarẽ tibi quid ſit gratiſſimũ mihi ſeruitiũ in quo maxime
complaceã. Ecce nunc tibi demonſtro.certe qui portat crucem
per iugem mẽoriam mee paſſiõis in gratiarũ actione.hic exhi
bet mihi placentiſſimũ ſeruitiũ inter omnia opa bona magis
meritoriũ. Et cum hec dixiſſet ab oculis fratris euanuit.frater
vero de ſua exauditiõe multum gaudens et cellam ſuã intrãs
totum ſe ad memorandũ criſti paſſionem cum lacrimis quoti
die dedit et in breui in magnũ ſanctum virum plurima fatien
tem miracula creuit ꝛc.

Sacerdos celebratiuus ad lo
cũ ſecretũ vadat et ibi ſe recolligẽdo diſponat. ¶Cap.xviij.

ſ Acerdos igitur miſſam celebraturus ad locum ſecre
tũ et maxime in ſecreto noctis ſilentio vadat et a cun
ctis ſe inquantũ poteſt abſtrahat et intra ſemetipſum
totum ſe recolligat.vt nec ſenſus nec cogitatio ad aliquid ali
ud diffundatur ſuamqꝫ conſcientiam diligenter diſcutiat ꝛ qđ
vitioſum inuenerit lachrimarum habundantia lauare ſtudeat
et a deo omniuꝫ ſuorum peccaminũ abſolutionem a pena et a
culpa nunc et in hora mortiſ ſue ſibi donari petat. Nam decet
magna a magnis petere quos etiam dona magna decet dare.
Modo non eſt maior dominus qꝫ deus noſter omnipotens
qui quanto plus dat tanto plus abundat. Nam peccator mor
talis eſt ipſius dyaboli qui ſi ſuorum omniũ peccatorum ve
niam a deo humiliter petit:et deus ſibi donauerit. Mox erit
ipſius dei qui prius fuerat dyaboli. Deinde poſt remiſſionem
omnium ſuorum peccatorum petat gratiam dei:ſine qua nul
lum opus bonũ poteſt perfici:vt eſt memoria paſſionis criſti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf